

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Oratio I. ad Deum Patrem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

charitatis in Annuntiatione, devotionem  
 atq<sup>z</sup>, pietatem in Nativitate, indifferentiam in fuga, conformitatem in Calvario,  
 sitim in præstolatione Paracleti, zelum in  
 detestatione peccantium: oculorum mode-  
 stiam, oris sanctitatem, gratitudinem cor-  
 dis, Virginitatem, Humilitatem, Uni-  
 formitatem, orationem, mortificationem,  
 amorem & mortem. Quæ dum recolimus,  
 detestabimur quidquid in his deliquimus.  
 Exclamabimus denique cum Simeone:  
 Nunc dimittis. &c. respuendo omnino  
 omnia, contenti Deo nostro.

## POST SACRIFICIUM.

## Oratio I. ad Deum Patrem.

O Pater æterne! quò potuit ulterius cha-  
 ritas tua pervenire, quām ut ipsum  
 met Filium tuum dilectissimum & uni-  
 genitum nobis donares? quid à te sperare  
 non poterimus, qui pretiosum adeò do-  
 num mundo largiris, non semel, sed mil-  
 lies, ut omnes ad sacram mensam acce-  
 dentes ejus queant esse participes? Qui  
 summum Bonum nobis donas, quomodo  
 alia minora negabis, quæ à Te petimus, ut

iisdem

īsdem tibi , tanquam Filii benignissimo  
Patri serviamus? Si enim Filii hujus seculi,  
cūm sint mali , norunt tamen bona data  
dare filiis suis, quātō magis, Pater noster  
cœlestis dabit Spiritum bonum petenti-  
bus eum ?

*Oratio I. ad Christum Dominum.*

O Verbum omnipotens ! Verbum caro  
factum , quot olim verbo ex ore tuo  
procedente morbos curabas , mortuos  
fūcitabas, peccatores convertebas, trans-  
mutabas corda, eaque donis tuis replebas:  
mare tranquillabas, ventis imperabas, dæ-  
monia expellebas , hostes in terram pro-  
sternebas, omnia denique verbo tuo sub-  
iecta tenebas. Quid non sperem à te,  
quando cum omnipotentia & bonitate  
tuain Sacramento absconditum , & velut  
incognitò ad me venis, ut familiariùs me-  
cum agas, eaq; in anima mea præstes, quæ  
dom in terra versareris efficiebas ?

Obsecro te , per viscera misericordiæ  
tuæ, verbo interno & gratiæ tuæ efficaci-  
tate me spiritualiter infirmum sana, mor-  
tuum fūcita, peccatorem converte, com-  
muta voluntatem , animum tranquilla,

ten-